


109 T.
R.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
"ALFONSO REYES"
FONDO SALVADOR TOSCANO

FONDO
SALVADOR TOSCANO

DOCUMENTO 1º

Programa de un acto público de Física que hubo en el Colegio de Santo Tomas de los jesuitas de Guadalajara, en 1764 (1).

AMORNE DOLORI PRESTAT,

AN DOLOR AMORI?

ILLE ITA DOLENTEM CRUCI AFFIXIT,
UT NEC PUDORI CONSULERET, NEC DIGNITATI.

HUJUS ARTIFICIO FACTUM EST,
UT CRUCI DOLENS ADHAERERET,
CRUCIARETURQUE MAGIS.

ILLE UT AMARET IMPENSIVS
PROBRA DEVORAVIT, ET LUDIBRIA.

HUIC SI SOLATIUM ALIQUID CONCEDERETUR,
SUA IPSIVS DEFICERET MAGNITUDINE,
INVICTA CERTE VIS AMORIS!

QUI PRISCIS CEDERE IMAGINIBUS IGNORABIT.
INCREDIBILIS CRUCIATUUM AVIDITAS!
QUAE SOLATIUM PENITUS RECUSAVIT.

NEC MIRERE.
AMABAT DOLEBATQUE,

Sma. aequae, ac Dolentissima Parens

Virgo Maria,

Cui hasce *PHISICAE* quaestiones D. Antonius Josephus Barragan dicat, offert consecratque.

[1] El edificio del colegio de Santo Tomas era el que despues lo fué de la Universidad i lo es hoy de la academia de jurisprudencia.

De Principiis intrinsicis entis naturalis.

Principia intrinsicæ, ex quibus corpus naturale constituitur, sic possunt aptè definiri: *Quæ neque ex se se invicem, neque ex aliis in eodem genere, sed ex ipsis omnia constitutive fiunt.* Quæ definitione posita pro multiplici acceptione corporis naturalis illius sunt statuenda principia. Itaque principia intrinsicæ corporis in facto esse, & in fieri per generationem præcisse sunt tantum materia, & forma; in fieri per mutationem materia, & forma, & privatio ejusdem, in fieri per conversionem materia, duplex forma, duplexque item privatio. Hic modus opinandi conceptibus generationis, mutationis, & conversionis visus est novis accomodatior. Equidem generatio dicit tantum productionem formæ dependentem à subjecto; mutatio transitum subjecti à privationi formæ ad formam producendam; conversio denique transitum materiae ab una forma, quæ per agens naturale destructa privatur ad aliam, quæ denuo producitur, quaque erat in instanti antecedenti privata. Neque illis assentimur, qui nullum esse principium generationis, mutationis, & conversionis asseruerunt.

De existentia, & essentia materiae primæ.

Apud omnes philosophos cujuscumque systematis sectatores, indubium est esse materiam: [1] primam, seu primum subjectum, ex quo fiant corpora naturalia; neque *an sit*, sed solum quid sit quaerimus in praesentia. Nominem materiae primæ venit commune subter. transmutationum naturalium idem manens in composito, genito, quod fuerat in corrupto. Porro: cum subjectum idem sonet, ac perfectibile, ratio subjecti stat in eo, quod sit substantia incompleta perfectibilis ab actu, ad quem ex natura sua ordinatur; subjecti enim proprium est alteri subjici; formæ verò alterum sibi subjicere ac veluti dominari. Hoc subjectum sua essentia gaudet, suæque existentia: unde non est pura potentia metaphysica, neque existit per existentiam actus, à quo perficitur. Quod quidem intelligendum est adhuc in sententia aliquorum asserentium essentiam ab existentia distingui. Proprietates metaphysi-

[1] Esa palabra en abreviatura quiere decir *materia*: reimprimo el Programa con todas sus abreviaturas i ortografía para reimprimirlo con una completa fidelidad.

ca materiae primæ sunt ingenerabilitas, & incorruptibilitas, cum nullum agens naturale exigat destructionem subjecti, quod ad generationem supponitur necessario. Nisi dicamus omne agens naturale existentiam materiae primæ supponere; illiusque destructionem procurare, quod rationi adversatur.

De dependentia & appetitu materiae primæ.

Unum ab alio dependere est unum sine alio existere non posse. Si hæc impotentia sit mere naturalis erit dependentia physica; si verò sit essentialis dependentia metaphysica dicetur. Materia prima ita dependet à forma substantiali ut sine illa divinitus, non verò naturaliter existere possit. Hæc dependentia materiae primæ à forma materiali non est dependentia à priori, nec à concomitanti, sed à posteriori; nam materia solum pendet à forma materiali tanquam à suo effectu. Si quaeras quænam sit dependentia materiae à forma spirituali? Respondeo esse dependentiam cujusdam connaturalis conducentiæ. Appetitus innatus materiae primæ stat in quadam exigentia, proportionem, connaturalitate, & nativam ordinationem, quam habet ad formam tanquam ad bonum sibi conveniens. Materia aequè innate appetit formas sive perfectiores, sive imperfectiores appetitu efficaci; appetitu verò inefficaci magis appetit formas perfectiores. Hic appetitus materiae, ita terminatur ad omnes formas, ut nullam appetat determinatè, sed ex omnibus aliquam indeterminatè.

De Forma substantiali.

Forma substantialis Perypatetica à materia distincta, cujus existentiam, vel per modum thesis defendimus, vel per modum hypothesis supponimus, est *Substantia incompleta, quæ actuando materiam illam determinat ad constituendum unum in specie compositum substantiale.* Hæc forma non est tota essentia compositi physici, si compositum ut tale accipiatur. Quod si quaeras à quo proveniat quod compositum sit in hac specie determinata, & non in alia? Respondemus à sola forma provenire. In composito viventi præter animam aliam formam agnoscimus, quam corporeitatis appellamus. Hæc forma constituit materiam in esse corporis physici organici, quod ita constitutum ordinatur ad animam per quam ultimo completur, in specieque cor-

poris viventis constituitur: atque idcirco haec forma est animae subordinata. Aliae formae, quae aliis non sunt subordinatae non possunt naturaliter conjungi in eadem materia, si petant dispositiones contrarias, ratione, quarum opponantur; secus si non petant; tunc enim possunt naturaliter conjungi, ad quod sufficit si duae frae., exempli gr. ignis, & ferri conjungantur naturaliter.

De Unione, & toto composito.

Cum unio substantialis compositi physici sit essentialiter *nexus duorum* unica est in composito unio, neque duplex altera ex parte formae, ex parte materiae altera ponenda est. Eadem entitativè unio duas sinit denominationes; nam si comparetur ad formam dicitur informatio: si verò ad materiam materializatio. Extrema, quae per hanc unionem nectuntur, possunt divinitus existere, quin sint unita: ex quo inferimus unionem ab extremis unitis realiter distingui: vi hujus unionis ponitur forma in materia, tanquam in subjecto informationis: nam vi illius determinantur extrema ad unum compositum substantiale constituendum; non verò vi educationis, vi cujus solum ponitur forma in materia tanquam in subjecto receptionis. Hae denominationes subjecti informationis, & receptionis, quas materia accipit, à formis realiter distinctis proveniunt; altera ab unione substantiali provenit; ab educatione accidentali altera. Unio, igitur, formae substantialis cum materia non est educatio ejusdem, sed entitas realiter ab educatione distincta.

De Natura, & Arte.

Natura sumitur in praesenti pro principio intrinseco entis naturalis proprias operationes elicere potentis. In hoc sensu definitur à Philosopho: *Principium, & causa motus, & quietis ejus in quo est primo, per se, & non secundum accidens*, quare ad rationem naturae necesse est, ut sit principium motus proprii compositi, in quo est; non autem motus, qui non sit compositi proprius. Ars est *habitus medio judicio vero dirigens agens liberum in quo est ad opus, quod ad bonos mores non pertinet*. Ars ex se non potest efficere opera naturae propriae; sed solum potest illa efficere, activa passivis applicando. Forma artificialis non stat in aliquo accidenti absoluto realiter distincto à partibus,

hoc; vel illo modo dispositis: nam positis partibus, tali, vel tali ordine, nulloque alio addito forma artificiata intelligitur. Forma aliquorum artefactorum, quae requirunt partes certo ordine unitas, stat in figura partium in ordine ad se, vel ad totum; secundaria verò eorundem stat in dispositionibus partium in ordine ad locum, jam majori extensioni praeditum, jam minori.

De Prærequisitis ad causandum.

Quidquid requiritur ex parte causae ut expediat virtutem illius causamque compleat in esse proximè potentis causare praerequisitum dicitur. Existencia ita requisita est ad causandum, ut causa in instanti, in quo non est, nec divinitus possit physicè operari. Aliter de approximatione agentis ad passum discurrendum est: nam haec solum è requisita titule naturalitatis. Ex quo sequentes assertiones fluunt, quasi suapte natura. Prima: Causa finita nequit naturaliter agere in distans, quin aliquid per medium operetur; potest tamen divinitus. Secunda: Causa finita potest naturaliter agere in passum distans, dummodo per totum medium aliquid operetur. Si distantia sit infinita, etsi haec aliunde repugnet, illa posita, potest tamen supernaturaliter suppleri. Tertia: Causa finita potest aliquid naturaliter agere in distans quamvis nihil per medium agat, dummodo cum aliis concausis concurrentibus continuetur. Exemplum, in quo assertio haec verificari possit, cum opus fuerit, producemus.

De Influxu, & Virtute causae.

Quaelibet causa creata habet virtutem sufficientem ad producendos effectus, qui intra spheram suam intrinsecam continentur. Hinc quilibet effectus potest divisivè produci à duplici causa totali univoca. Caeterum cum ad productionem cujuscumque effectus unica actio totalis sufficiens sit, alteraque superflua, idem numero effectus non potest naturaliter produci simul à duplici causa totali per duplicem actionem totalem; alteram enim actionem superflua abhorret natura. Ut causa producat effectum debet illum, vel formaliter, vel eminenter continere, neque sufficit contentia virtualis, nisi haec aequalitatem perfectionis requirat. Atque hinc fit ut non accidens, sed substantia sit virtus immediate productiva alterius, saltem inadæquatè, quod nunc inten-

dimus. Quamvis concedamus esse in qualibet creatura potentiam obedientialem passivam ad quodlibet recipiendum; potentiam tamen obedientialem activam ad quodlibet producendum non concedimus. Ad illud satis est si qualibet creatura sit mera non repugnantia; ad hoc vero ultra necessaria est virtus inchoata, quae nisi positivè probetur concedenda non est.

De Causa prima.

Supponimus contra impios Atheos esse divinam quandam, aeternamque naturam à nullo creatam, & quae sit causa efficiens rerum omnium, cuique omnes inferiores naturae sint subordinatae. Haec subordinatio creaturarum ad Deum summa esse debet, tantaque quantam supremum, atque summum Dei dominium exigit. Itaque nulla est creatura, sive libera, sive necessaria, quae sine immediato Dei concursu operetur. Qui quidem concursus stat in eo, quod tam Deus, quam creaturae per eandem indivisibilem actionem effectum producant, sive bonus sit, sive peccaminosus effectus producendus. Neque idcirco Deus est causa per se peccati, seu auctor illius; nam ad hoc concurrat purè physicè illud permitendo; non ad illud movendo, alliciendo, inclinandoque. Cum individuus effectus causae necessariae ab aliquo determinetur, neque possit ab eadem causa, neque à materia quanta, neque ab aliis circumstantiis determinari, à Deo determinetur, necesse est.

De Motu, Actione, & Patione.

Motus ex Aristotele: est *actus entis in potentia pro ut in potentia*, estque actus realiter cum actione, & passione identificatus. Hic actus pro ut respicit agens, actio est, pro ut respicit subiectum substantiationis, in quo recipitur, passio dicitur, & prout respicit terminum, motus vocatur. Actio eductiva est modus finis absoluta, cum sit ultima determinatio agentis ut agat, termini ut fiat, & passi ut recipiat. Haec actio est inseparabilis ab agente, passo, & termino, à quibus distinguitur: nam haec possunt ab illa separari, quae separabilitas non mutua ad distinctionem mutuam sufficit. Actio eductiva immanens cum in suo principio activo maneat, recipitur in solo agente; actio vero eductiva transiens, seu, quae producit effectum, in subiecto extraneo, in solo

passo recipitur; ipsique solo inest. Specificativum intricum, actionis eductivae sunt ipsamet actionis intricatae praedicata; specificativum vero extrinsecum scilicet agens passum, & terminus, quilibet nempe sufficienter; his enim variatis varietur actio necesse est. Aliquae actiones physicae possunt à solo modo tendendi specificari, maxime si altera sit naturalis, supernaturalis altera, ut patet in actione productiva quantitatis & ejusdem conservativa in Eucharistia, quae quidem specie differunt.

De Infinito, & Creatura omnium maxima.

Infinitum est id quod succesiva numeratione pertransiri non potest, neque ab ipso Deo, cum hoc cuilibet infinito repugnet: unde caret necessario terminis intrinsecis, seu partibus illis rem finitam constituentibus, a qua res incipit, & in quam desinit. Non negamus esse possibile infinitum syncategorematicum creaturarum, seu Deum posse quavis creatura assignata, alias, aliasque sine fine producere. At cum proprietates infiniti categorematici diligenter perpenderemus, visus est nobis repugnare, quod defendimus; neque enim satis intelligimus, qua ratione possit Deus multitudinem intensionem, aut extensionem infinitam efficere, quin simul aliquid repugnans efficiat. Hoc de infinito categorematico, multitudinis, intensionis, & extensionis. Quid vero de infinito syncategorematico quoad incrementum perfectionis specificaе, seu de creatura omnium perfectissima? Dicimus ultra quamlibet creaturam assignabilem, esse possibilem, aliam, & aliam perfectiorem in infinitum, neque possibilem esse creaturam perfectissimam, seu ultra quam non sit possibilis alia perfectior.

De Loco, & Aeternitate.

Locus extrinsecus ex Aristotele est: *Ultima superficies corporis continentis immobilis prima*. Duo maximè sunt de ratione loci, adaequatio nempe, seu commensuratio cum locato per modum continentis cum contento; et immobilitas, ratione cujus res locata, dum movetur necessario locum, in quo erat, relinquit. Ubicatio, seu ratio formalis, vi cujus res est in hoc loco potius, quam in alio, realiter distinguitur à loco extrinseco, & re ipsa locata. In duplici loco idem corpus nequit esse naturaliter circumscriptivè, potest tamen divinitus, cum in hoc nulla nobis repugnan-

tia videatur esse. *Æternitas* quoad præsens attinet est: *Duratio* quæ omnes differentias durandi complectitur, proindeque fine caret, atque principio. Fide sanctum est, omnia Deum in principio creasse, nullamque esse de facto creaturam, quæ ab æterno extiterit. Cæterum cum nobis talis creatura nullo ex capite repugnare visa sit, creaturam permanentem ab æterno fieri potuisse judicamus.

Defendentur in nostro D. Thomae Aquinatis Guadalaxarensi Collegio Soc. **Jesu**, ipso, ejusque Purissima Matre Virgine **Maria**, Castissimo hujus Sponso **D. Josepho**, necnon SS. Studiorum Patronis **Joanne Nepomuceno, & Aloysio Gonzaga** faventibus. Præsides **P. Joanne Antonio Doporto** ejusdem Soc. Philosophiæ Professore. Die Mensis Anni Dñi. M. DCC. LXIV.

Mexici: ex Reg. & Ant. D. Ildefonsi Collegii typis.

DOCUMENTO 2^o

Titulo y cinco proposiciones del Programa de un acto público de Toda Filosofía, en el Seminario de Guadalajara, en 1798.

(1) PHILOSOPHICA.

ASSERTIONES. ET. QUÆSTIONES.

QUAS.

SUB. **Mariæ Beatissimæ.** CLIENTELA.

(1) Falta la primera palabra por estar la hoja comida de ratones. Parece que dicha palabra era *Concertatio*.

SANCTORUMQUE. STUDIOR. TUTELARIUM.
DEFENDENDAS. SUSCIPIT. ET. EXPONENDAS.

IN. TRID. SANCTI. JOSEPHI. SEMIN. COLLEG. (1).

Bacc. Joseph. Maria. Castro.

ET. GONZALEZ.

IBID. RUBEA. ERECTIONIS. TRAB. COHONEST. (2).

PRAESIDE.

BACC. EMMANUELE. CERVINNO.

DE. LOS. RIOS. (3).

LATINITATIS. OLIM. ET. RETHORICES.

NUNC. PHILOSOPHIAE.

IN. EOD. COLLEG. PUBLICO. MODERATORE.

DIES. ERIT. II. MENSIS. JULII. AN NI.

M. DCC. XCVIII. (4).

Frigus ex parte corporis frigidi in partium ignearum absentia vel quiete, quibusdam particulis salinis præsertim & nitrosis inducta, consistere nobis est persuasum.

Fulguris, Tonitruum, et Fulminis atmosphaerici materia sunt exhalationes bituminæ, sulphuræ, nitrosæ & aliæ similes.

Auroræ borealis sufficiens ratio peti potest à nitrosis, sulphureis, bitumineis exhalationibus speciali quadam ratione Septem-

(1) "en el Colegio Seminario Tridentino de San José."

(2) "el Bachiller José María Castro y Gonzalez, condecorado en el mismo Seminario con la beca roja de la fundacion" (la beca de honor]. D. José María Castro nació en Lagos. Era joven de talento, mas él sustentaba lo que le enseñaban. Si su mismo maestro tenia miedo de defender, por ejemplo, el sistema de Copérnico, como luego veremos, como no habia de ser el discípulo reverente a las doctrinas que privaban en las aulas? Despues de su carrera literaria en el Seminario de Guadalajara, fué catedrático de gramática latina en el mismo colegio en 1810 i diputado en las Cortes de España en 1821, i murió en Lagos en 1829, siendo cura de esta parroquia.

(3) "el Bachiller Manuel Cerviño de los Rios", catedrático de filosofía que presidió el acto público: murió despues que el Señor Castro, siendo canónigo de la catedral de Guadalajara.

(4) "El día será el 2 del mes de Julio del año de 1798."

trionalis plagæ temperie congestis; cui phaenomeno non parum nives & glacies juvant.

Caelestium corporum hypothetica systemata, quae à Claudio Ptolomeo, Tichone Braheo, & Nicolao Copernico accepere nomen, nullo addicti perstrictim evolvemus.

Exhalationes in supremo aëris combustae, omnibus Cometis non sunt origo.



Disertacion.

Preliminar.

Mi escasez de recursos pecuniarios no me permite dar mayor volúmen a este folleto traduciendo el Documento 1^o del latin al castellano, principalmente quando a la vez estoi gastando en la impresion de un librito en otra imprenta; mas los que tienen conocimiento del idioma latino i de la filosofia, observarán que en la cátedra de Física del Colegio de Santo Tomas de Guadalajara se enseñaba la *causa prima* las *virtudes de las causas* segundas, las operaciones sobrenaturales, el Sacramento de la Eucaristia, la eternidad i se enseñaba todo, menos Física. En el programa no se encuentra ni una sola vez la palabra *calor* ni la palabra *luz*. Dicho programa acusa ademas ignorancia de la lógica i de la metafísica modernas. Tal fué la enseñanza de la Filosofia por los jesuitas (1) en sus colegios de la Nueva España, hasta el fin de su profesorado i existencia en este pais, pues el acto público en el Colegio de Santo Tomas se verificó en 1764, y tres años despues fueron expatriados (25 de junio de 1767). Consta por la historia que los jesuitas iban a la vanguardia en la enseñanza en los colegios de la Nueva España, i si tales cosas enseñaban, ¿qué enseñarian los que estaban en la retaguardia?

D. Lucas Alaman, D. Adolfo Llanos, D. Niceto de Zamacois, D. Ignacio Aguilar y Marocho i demas escritores públicos partidarios de los gobiernos coloniales (poquísimos ciertamente en el siglo XIX), a documentos como los que son materia de esta Disertacion, responden: "Era la lógica, la metafísica i la física de esa época." El hecho es falso, i se podria decir que dichos escri-

(1) A excepcion de Campoy i Clavijero, como diré despues.